



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Monumenta Paderbornensia**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**Lemgoviae, 1714**

Abrenuntiatio. Indiculus. Septena Notata

**urn:nbn:de:hbz:466:1-8040**

In alio vetusto MS. Palat. subjungitur Concilio Listinensi anni DCCXLIII. abrenuntiatio diaboli operumque ejus, & brevis professio fidei, veteri lingua Theotisca, cum indiculo superstitionum, à quibus populum Episcoporum sollicitudine revocandum Synodus illa statuit, parte I. can. 5. quo vix ullum antiquitatis Germanicæ monumentum vetustius extat: annos enim superat DCCCC.

## ABRENUNTIATIO.

FORSACHISTU diobolae? Et resp. Ec forsacho diobolae. End allum diobol gelde? Resp. End ec forsacho allum diobol gelde. End allum dioboles wercum? Resp. End ec forsacho allum dioboles wercum und wordum; thuna eren de Vuoden end faxnote; ende allem them unholdum, the hira genotas sint. *Professio fidei.*

Gelobitu in got almehtigan fadaer? Resp. Ec gelobo in got almehtigan fadaer. Gelobitu in Crist godes suno? Resp. Ec gelobo in Crist godes suno. Gelobistu in halogan gast? Resp. Ec gelobo in halogan gast.

INDICULUS SUPERSTITIONUM  
ET PAGANIARUM.

De sacrilegio ad sepulcra mortuorum.  
De sacrilegio super defunctos, i. e. Dadfisas.  
De spurcalibus in Febr.  
De casulis, id est, fanis.  
De sacrilegiis per Ecclesias.  
De sacris silvarum, quæ Nimidas vocant.  
De his quæ faciunt super petras.  
De sacris Mercurii vel Jovis.  
De sacrificio quod fit alicui sanctorum.  
De phylacteriis & ligaturis,

De

- De fontibus sacrificiorum.  
 De incantationibus.  
 De auguriis, vel avium vel equorum vel bovum stercore, vel  
 sternutatione.  
 De divinis vel sortilegis.  
 De igne fricato de ligno, i. e. Nodfyr.  
 De cerebro animalium.  
 De observatione pagana in foco, vel in inchoatione rei alicujus.  
 De incertis locis quæ colunt pro Sacris.  
 De perendo quod boni vocant S. Mariæ.  
 De feriis quæ faciunt Jovi vel Mercurio.  
 De Lunæ defectione; quod dicunt Vinceluna.  
 De tempestatibus, & cornibus, & cocleis.  
 De sulcis circa villas.  
 De pagano cursu, quem Yrias nominant, scissis pannis vel  
 calceis.  
 De eo quod sibi sanctos fingunt quoslibet mortuos.  
 De simulacro de consparsa farina.  
 De simulacris de pannis factis.  
 De simulacro quod per campos portant.  
 De ligneis pedibus vel manibus pagano ritu.  
 De eo quod credunt, quia feminæ lunam commendent, quod  
 possint corda hominum tollere juxta paganos.

## SEPTENA NOTATA

CASPARI FURSTENBERGII ARCHISATRAPÆ &c.  
 LAPIDI INCISA IN CASTRO ADOLPHI.

## SEPTEM GENERA STULTORUM

1. Qui tantum donant, ut depauperentur.
2. Qui tantum minantur, ut non timeantur.
3. Qui tantum jurant, ut eis non credatur.
4. Qui credunt id, quod verisimile non videtur.
5. Qui seipsos negligunt, cum ab aliis negliguntur.
6. Qui de re inemendabili affliguntur.
7. Qui rem impossibilem perficere nituntur.

## SEPTEM TURBANTIA CIVITATEM

1. Lufores in publico.
2. Adulatores in palatio.
3. Detrectatores in thalamo.
4. Pulchra meretrix in prostibulo.
5. Fraudulentus mercator in foro.
6. Falsus Judex in Confitorio.
7. Avarus Sacerdos in templo.

## SEPTEM INCIVILITATES

1. Garrulitas in convivio.
2. Beneficii accepti oblivio.
3. Inter ignotos præsumptio.
4. In paupertate alterius derisio.
5. Inter socios & amicos elatio.
6. Contra utilitatem consilii obstinatio.
7. Cùm necessitas eget, animi obduratio.

## SEPTEM CIVILITATES

1. In privato sobrietas.
2. In publico hilaritas.
3. Inter socios benignitas.
4. Inter extraneos affabilitas.
5. In prosperis & adversis animi æqualitas.
6. In infortunio moderata liberalitas.
7. Inter adulatores discreta dapfilitas.

F I N I S.

AD-